



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Lampetio Episcopo. 79.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

tu beneficio affecisti, ne tibi quidem noti erant, nisi eos calamitas commendasset) mens planè laudè gloriâque sibi vendicat.

Lampetio Episcopo. 79.

Superbiæ te arcesso, quoniam Zosimo Presbytero obuius factus, vt audio, ipsius morbis, velut abhibitis quibusdam fomentis, minimè mederis: verùm Hippocrati morem gerens, vt incurabili morbo laboranti manum haudquaquam admo- ues. Quamuis enim in corporibus verum hoc esse quidam existiment (etsi alioqui per sæpe falsum inuentum est: & complures enim medici, admota manu iis, qui incurabili morbo affecti esse videbantur, rem ex sententia gesserunt) in animis tamen hoc magis adhuc falsum esse reperitur. Nonnullos enim nouimus, qui ex profundo vitij gurgite ad ipsam virtutis arcè ascenderint. Corpora quippe naturæ necessitate, tanquam vinculis quibusdam constringuntur: animæ autem voluntatis atque arbitrij potestate ornatae sunt. Quâ obrem quò facilior est voluntas quam natura, eò quoque facilius ac procliuus est animum è morbo recreare. Ac proinde submota omni desperatione, illud cura & enitere, vt eum sanitati restituias. Neque enim parua tibi apud Deum gloria futura est, siue istud perfeceris, siue fecus. Nam id omne, quod tuarum partium est, cumulatè præstiteris. Quare, vt omnino laudem & gloriam consecuturus, si eum, vt ex improba vitæ ratione emergat monueris, sic affectus esto: nec te, aut noctu aut interdiu, hæc cura deserat. Fortasse ipse quoque salutem obtinebit: & qui eius vitiis offenduntur, erigentur: & qui eum suggillant compescentur: & tu sempiternam gloriam adipisceris.

Zosimo Presbytero. 80.

Nuper ad te scribebam, sperans fore, vt à vitio te subduceres, atque ad puram & integram sanitatem redires. Nunc autem ea de causa sermonem habere pe-

ρίζοντό σοι, εἰ μὴ συμφορὰ αὐτοῦ συνέστησεν, ἢ γινώμι καθαρώς εὐδοκίμῃ.

Λαμπητίῳ ἑπισκόπῳ. οθ.

Γράφομαι σε γραφὴν ἑσσομένης ἐπὶ Ζωσίμῳ ἀπειτυχῶν, ὡς μαθήνω, τῷ ἀρεσβυτέρῳ, & κατατλήεις αὐτοῦ τὰ πάθη. ἀλλ' Ἴπποκράτει πεισθεὶς ὡς κεκετημένοι οὐκ ἐγχειρεῖς. εἰ γὰρ καὶ ἔπι τῆς σωματικῆς ἐδοξεῖ πᾶσι ἀληθὲς εἶναι, καὶ τοὶ πολλοὶ καὶ ἐλεγεθῆναι. ἐγχειρεῖσθε γὰρ πολλοὶ τῆς ἰατρῶν τοῖς κεκετημένοις κατόρθωσαν. ἀλλ' ἡμῶς ἔπι τῆς ψυχῆς πλέον ἐλέγχεται. οἶδα μὲν γὰρ πᾶσι ἐκ τοῦ βυθῆ τῆς κακίας εἰς αὐτῶν ἀναβεβηκίτας τῆς ἀρετῆς τιτὸ κορυφῆν. τὰ μὲν γὰρ σῶματα τῆ τῆς φύσεως ἀνάγκη δέδεται, αἱ δὲ ψυχὰς τῆ τῆς προαιρέσεως ἐξ ὅσῃα τεπέμνηται ὅσον τοῖσι εὐκολότερον προαιρέσεις φύσεως, τοσούτων εὐχερότερον, τὸ ἀνενεγκεῖν τιτὸ ψυχῆν. μηδὲν τοῖσι ἀπογινώσκων, πειρώ αὐτὸν κατευνάξεν. οὐ μικρὰ ἔσται σοι εὐκλεία παρὰ τῷ θεῷ, εἴτε αὐτός, εἴτε καὶ μὴ. τὸ γὰρ ἑαυτοῦ πᾶν πληρώσει, ὡς πάντως τοῖσι εὐδοκίμοις, εἰ προσηύχῃ. αὐτὸν ἀνενεγκεῖν, οὕτω ἀξέκλειστο. καὶ μήτε νύκτωρ, μήτε μεθ' ἡμέρας, αὐτῆ ἀπολύπτετο σε ἢ φροντίς. τάχα καὶ αὐτός περ σωθήη, καὶ οἱ σκηνδαλιζόμενοι διορθωθῆεν. καὶ οἱ καμαρδουῖτες αὐτὸν ἔπιπρομαθεῖεν, καὶ σὺ ἀθανάτη εὐκλείας ἔπιτύχῃς.

Ζωσίμῳ ἀρεσβυτέρῳ. π.

Πρόν μὲν ἔγραψον, ἐλπίζον σε τῆς κακίας ἐπαλλαγῆσοσθαι, καὶ πρὸς καθάραν ὑγίαιαν ἀναδραμεῖσθαι. νῦν δὲ κινδυνεύω, ἵνα τὸ καὶ ἄλλους εἰς τὸ